DE OPTIMO INTERPRETANDI, LEGENDI, ET STUDENDI GENERE LIBRI TRES. ... MARTINO STEPHANO...

Martinus Stephanus

Digitized by Google

34. 4. D. 22

APPROBATIO.

DE mandato Illuſtriſſimi admodum Reuerend. Domini D. Iacobi Caſſador Dei gratia Gerundēſis Epiſcopi. Ego Antonius Garau Doctor Theologus tres de optimo interpretandi, & legendi & ſtudendi genere libros fructuoſos ab Martino Stephano G. & Ph. editos legi & perlegi. In quibus planè nil noſtræ fidei aduerſū inueni. Imò vero ad pædagogos & ludimagiſtros perutiles eſſe iudicaui. Ergo typis mandētur. Gerundæ Quinto Idus Aprilis, Anno, 1590.

Approbat idem Garau Academiæ Cancellarius.

NOS Iacobus Caſſador Gerundenſis Epiſco. viſa approbatione licenciam concedimus ad libros. 3. de optimo genere interpretandi imprimendos.

I. Eps. Gerunden.

V. Raphael Moxius Doctor Medicus Gerundenſis, & Academiæ Rector.

NARCISSI CAMPI GERVNDENSIS CARMEN AD LIBELLVM AVtoris Martini Stephani.

Martinus Stephanus doctum ſecitque libellum:
Perlege tu lector, Perlege ſæpe librum.
Istius Stephani nomen volit atque per altum:
Per Doctum Stephanus contulit iſtud opus.

Petri Codinæ diſcipuli, Ioãnis Gonſaſij carmen ad autorem.

Haudque tuas unquam poſſem diſcurrere laudes:
Martinique ... icant cuſpide mente ſua.
Peruetumque librum: nobis tandem omnibus aptum:
Ex quo iam cunctis magna tenere licet.

AD

Ad Encomium pręceptoris, Ioãnis Guarini diſcipuli carmen dicolon.

Non ſum qui poſſim pariter laudare magiſtrum:
Perlege, & inuenies omnia grata tibi.
Martinus Doctus perluſtrans omnia doctè:
Martinus florens dexteritate ſua.

In laudem Martini Stephani pręce toris chariſsimi; & poëtę laureati; Hieronymi Viuet Iuriſconſulti, Gerundenſis, & patricij carmen elegum.

M unera non reddam: ſed carmina pauca libenter:
A d te reſcribens, qui ſummo es dignus amore.
R arius es orator, celebres calleſque poëtas.
T u Gallos Flandros, Germanos, diligis Anglos,
I n quo contendis cunctos ſuperare magiſtros.
N emo te excepto miſeris ſuccurrit egenis,
V nus ades cunctis peregrinis omnia praſtans:
S emper in aduerſis, quibus eſt occaſio luctus.

S *ingula quid referam, ſatis admonet iſte libelli*
T *eſtis adeſt locuples hominum ſententia concors,*
E *gregio, quæ te dignum declarat honore.*
P *er varios ſinus regionum veſtra voluntas*
H *actenus erga omnes diffuſe oſtenſa Gerundæ,*
A *mpla tibi ſummo diſponit præmia cælo.*
N *emo tuum noſtro retrahet de pectore nomen.*
V *lterius de te nil ſcribam maxime vates*
S *tephane vive, vale chariſſime ſæpe magiſter.*

Carmen Hexametrum & Pentametron à Michaële Pino auditore chariſsimi Martini Stephani, cõpoſitũ.

Quis meritas laudes audet narrare Magiſtri?
Iſte quidem noſter maxima multa dabit.
Noſtri auditores cecinère carmina docta:
Ipſe quidem Pinius diſticha pauca tuli.

Franciſcus Strus, & a Nouell poëtę Virgilio deditiſsimus de Martino prçeceptore canit.

Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem:
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis,
Poſcamus ventos, atque hæc me ferre dicatis.
Martinũque veho mecum, fama ſuper æthera no…

RAYMVNDO DESPVG EQVITI GENEROSO, SVVS Martinus Stephanus S.P.D.

QVod foelices grãmaticos, rhetores, philoſophos, medicos, & iuriſconſultos terret, illud eſt, nempè interpretãdi, legendi, ſtudendi optimum genus: quo equidem confecto, & peracto omnis ingenua & ſordida ratio notiſsima ab omnibus merito iudicatur. Sanè multi ſunt, qui hoc opus egregium, & pręmeditatum adoriri voluerunt: at hoc diſputationis genus perplexum oratorem, & fla-

gitat maximum, aut laudatiſsimũ poëtam (qualem ſpero te futurum) poſtulare videatur. Quemadmodũ ſunt artium genera peregrina & diuerſa ſeptenario numero contẽta: totidem ſordida & vilia, de quibus ad me non videtur pertinere: in omnibus ferè (me ſaltim iudice) ratio interpretandi peregrina eſt, & longè petita. Vna quęque enim ſuã habet germanam diſcendi, ſtudendi, & interpretandi vim, enargiam, in qua te multum proficere, mihi facile perſuadeo: at in Grammatica Minerua craſſa periculoſum hoc iter docere tentabo. En tibi, chariſsime diſcipule, offero (eques generoſe) hoc ęſtiuo tempore munus non mi-

nus

nus floridum quàm iucundum: ſcio enim tuas animi dotes à natura tributas eſſe maximas, in gẽtes, & prope ſummas: ingenij enim robur tuorum magorum ſplendorem, & paternum facile ſuperabit. Tú quanuis adoleſcens, & tenella ętate, & ſermonis latini candore detentus: tamen ſcio, grandior factus, quantum vtilitatis, quantumque frugalitatis comparabis. Idque feci eò ſtudioſius, vt meo exemplo ad bonarũ literarum ſtudia te prouocarem, meumque libellum acrius defenditares: atque me tui amantiſsimum mutuum diligeres. Scio me tibi plurimum debere: verum ſi fata iubent politiſsimè pertractabo. Sint ergo

hęc

hęc quaſi prima ſemina & fomenta rei fructuoſę: que ſi placuerint; aliis rebus maioribus cumulatius & honorificè reſpondebo. Vale nobilitatis ornamentum: iterùm vale. Quinto Idus Aprilis, Anno 1590.

DE

DE OPTIMO GENERE STVDENDI TYPVS LIBRI primi.

STudium eſt vehemens animi ad rem quampiam applicatio. Aut ſtudiũ eſt animi aſsidua, & vehemens ad aliquã rem applicata, magna cum voluntate occupatio. Atque legendi ſtudium illud eſt laudabile in Grammatica, ſi ab optimis autoribus Grammaticis petatur, qui floruêre: vt Terentius, Mar. Tullius, Salluſtius, Iulius Cæſar, Virgilius, Ouidius, quos multi planè ſecuntur, qui impenſas ſummas huic arti ſermonis latini dederũt. Sunt equidem, qui libros legunt magiſtri, & diſcipuli: nunc de vtrorumque officio diſſerẽdum. Magiſtri & literati, qui primas tenent ſunt, & docti fiunt ſedendo, non ambulando, & libros eruditos oculis percurrendo: quùmque papyrum albam & codicem obteneant, vbi notatu digniſsima collocentur, & recordationem teneant: ſic ſcientia & experientia in optimis libris euadent doctiſsimi.

De ſtudendi Scholaſticorum officio.

MOx de ſcholaſticorum officio, & à magiſtri prelectione, audita ne effluant, in quibus debet eſſe tota cura & cogitatio: aut apud ſemetipſum, aut cũ aliis tractet, aut retractet. Nam nil

vtilius, quàm docere, quæ a præceptore manarunt Fabio teſte, qui optimum proficiendi genus eſſe aſſerit, ea docere, quæ ipſe acceperis. Nec pudor adſit in ſciſcitando, ſi quid dubij accidit, in caſtigãdo, ſi quod erratum vſu venerit. Præterea ſcholaſticus, qui quamcunque artem audit debet in eo operam & ſedulam nouatam habere, vt aliquam temporis taciturnitatem tribuat cogitationi, quæ tum ingenio: quum memoriç conducit plurimum. Quam vnam rem Diuus Auguſtinus mirabilitèr poſteritati hominum ſcripſit.

De idoneo tempore Studendi.

Q Vædam ſunt communia magiſtris & ſcholaſticis, nempè tempus ſaluberrimum ſtudendi, ordo ſtudendi, & ordo in ludo ſeruandus. Aurora Muſis amica planè, ſtudiis apta & ad eruditionẽ, & ad ſapientiam parandam, nec vlla diei pars accõmodatior, quàm diluculum, cùm ſol nouum exoriens vigorem rebus omnibus adfert, & nebulas conſuetas diſcutit æternæ venticulo, quæ mentis domicilium obfuſcant: & vt Horatius, particula ſpirat, & ſapit originem ſuam, rapiturque ad honeſta. Expertum eſt etiam in ſtudiis effici plus vna hora ante lucana & meridiana, quam tribus pomeridianis, & ſine corporis detrimẽto. Qui (inquit) manè vigilauerint, inuenient.

De ordine ſtudendi.

O Rdo lucidus, vt Horatius, in ſtudendo adhibendus eſt: in rebus tractandis enim numerus ſeruetur, & ordo: hic autem in temporis, & auctorum partitione conſiſtit potiſsimum. Exploratas, &

horas

horas ſtatas accommodare oportet : alioquin animus, tũ horarũ, tũ autorũ cõfuſione diſtrahitur, vt nullibi habeat certũ domiciliũ, nec memoria ſuo ſibi officio ſūgitur. Mens & memoria ſeparata nuſlibi manent. Porrò in quauis arte literaria vnus è multis eligatur : in ſermone latino Cicero, ex extraneis vnus adſit Eraſmus, qui multa ſuppeditabit. Proptereà philoſophi Ariſtotelem elegerunt, Medici Galenum medicorum principem. In arte Grammatica potiſsimũ apud Hiſpanos Antonius, & diſpauterius apud Gallos, Thomas Linacer apud Anglos floruit, quos illi imitantur: optima enim ab optimis naſcuntur. Hi igitur autores, quos ſelegimus, ſint longo vſu nobis familiares: vt ſingula præcepta ad digitos & vngues teneamus : ac ſi diſputatio inciderit eos notos penit⁹ habeamus.

De ordine magiſtrorum ſeruando in ludo literario.

ET magiſtri eſt ordo ſeruandus in ludo, vltra cuius cancellos nequit tranſire, & diſcipuli obſeruent ſuum. Magiſter antequàm Horologium ſonet ſit in Academia, & hanc petat ſolus ſi fieri poteſt, non comitante caterua, barbărorum eſt, & cogitabundus de rebus tractandis. Tunc videbit auditores ſuos non ludentes, ſed contendentes de materia cuius oratio eſt propoſita. Atque data hora quãprimũ ingrediatur Aulã, qui nec tẽpus in nęniis & ſcurrilibus cõterat : vt magiſtelli nõnulli in facetiis & cachinnis ſcholaſticorũ ſuauib⁹: ſed rẽ omnino doceat: nec loquatur niſi ad virtutẽ, vel ad ꝓpoſitũ vergat. Interrogatiũculis eo꜆ ꝺ materia cõmonefacere.

nefacere. Poſt lectionem vnius horæ ſpatio breuiſſimo vna ambulare: nam ſi ſunt qui dubitent percontabunur à magiſtro diligentiſsimo. Denique magiſter domeſticũ iter repetat, & feſſus ex diurno labore conquieſcat.

De ordine Scholaſticorum ſeruando.

IN ludo literario quùm verſeris totò pectore agendum, quod tẽpus locuſue poſtulat. Schola & Academia vocabula ſunt; quę à Græcis fontibus manaſunt. Academia locus eſt nemoroſus vbi Plato docebat Philoſophiam. Scholam concluſionem vocant; qui non ſunt politi, & Tullius Philoſophiæ ſcholas dixit in Tuſculanis. Ergo in hoc loco ſchola, & ludus literarius; Academia idem ſonent prorſus. Schola locus bonis tum literis tum moribus, ac caſtis Muſis omninò dicatus: Scolaſticus igitur moribus debet eſſe decoratus, & Magiſter, forſan virtutibus præſtantiſsimis orbatus? minime gentium? Antequàm pręceptor ingrediatur, lectioni totis viribus & neruis incumbat; ac modis omnibus puer operã det, nimirum ne vapulet, verberibus: quia duo ſunt ſcholaſticorum genera, & caſtigandi totidem comperiuntur. Aut neque dicto, neque facto præceptorem, aut condiſcipulos offendat. Alios commilitones aut docere, aut interrogare conducit plurimum. Quiuis auditor, quantumuis ſagax, nõ attentus modo: ſed audiẽdi cupidus chartam & calamum cum attramento in lectione teneat: nam quędam magiſtri arcana pronuntiant diuinitus. Vetus eſt hoc prouerbium auditor

ditor ſine calamo & papyro eſt miles ſine haſta & clypeo. Adde interrogatus diſtinctê, clarè, expeditè, articulatè reſpondere debet (vt aiunt) apertis tibiis, & tunc claſsis pueri omnes audire, & percipere queant. Hoc maximoperè caueant. Si præceptor proximè ſedentem interrogauerit, caue ne illi inſuſurres: hoc enim non eſt beneficiũ: ſed veneficium, aut maleficium, quod periti magiſtri acerbè caſtigent, & reprehendant rogo. Atque loqui latinè aſsiduè, quantum adferat commodi, nemo ſtudioſorum non nouit. Non erit a ratione alienũ veteres lectiones, quas à preceptore audiuit ſæpè numero repetere, & hiſtorias, fabulas Poëtæ Virgilij oratione libera, aut Hiſpana ſcribere, & loqui. Habere ſociũ aut quo cũ ſedebis, ambulabis, qui ſit ſtudioſus tui, & fidus Achates.

Ratio autorem percipiendi. Magiſtro & diſcipulo permutilis.

SI lectio legenda eſt, aut audita, eſt è veſtigio legenda iterum, atque iterũ: ita vt paulo altius ſententia animo infigatur: deinde ſingula verba excutere oportet, ea quæ ad curam Grammaticam attinent: hoc vbi egerit, quæ ad artificiũ Rhetoricum ſpectant contemplari, Hoc diligentèr peracto, & curato ne pigeat aliqua (non multa ne videaris Philoſophus) de Phyſica, Logica ſyllogiſmos componere duabus propoſitionibus & concluſione petita, quæ ad Ethicam circumſpicere præcepta, ad domum amplificandam & condecorandam,

randam, ad Rempublicam dilatandam & condecorandam poſſunt. Exemplum aut imaginem viuēdi, pulchrè ac turpiter factum, quid deceat, quid non oculatiſsimè ponderare? Demum magiſter ad laborem docendi, & diſcipulus ad diſcendi rationē accedat, labor nullus erit, aut certè perexiguus. Reſtat vt diſcipulus cum ſtudioſis congrediatur, & Magiſter cum interpretibus conſentiat, indè alia laudabit, alia reprehendet: vt partim defēdat, partim caſtigare permittet. Poſtremò meliora cōſulere de defectu: delectus & vocabulorum apparatus ſtudioſis bonarum diſciplinarum conducit apprimè.

De optimo legendi genere Typus libri ſecundi.

PRima ſemina & fomenta de optimo genere ſtudendi ſumus perſequuti: nunc breuiloquentia de optimo & magiſtrorum, & ſcholaſticorum genere legendi diſſeramus. Non eſt parum memoritèr tenere, quæ quiuis legerit, & libros, qui legendi ſunt breuiſsimè docere. Sola lectio creberrima, magnitudine, & grauiſsimorum autoritate fundata homines ſapientes elaborat. In Grammatica legendus eſt potiſsimum Marcus Tullius, & ad parandam copiam illud de duplici Eraſmi deſideratiſsimi commentarium bipartitum de rerum, & verborum copia. Eſſe debet Elenchus grauiſsimorum autorum, qui cumulatiſsimè ſcripſerunt. Vt liber intelligatur legendus eſt à capite ad calcem ſemel atque iteratò: eius materiam propoſitam de

qua

 152

qua oratio eſt, quam ſubiectum nobiliſsimum võcant rectè intelligat. Et ſi aliqui autori deditiſsimus monumenta perlegat: ſic multi doctiſsimi euadunt. Inter legendam periodum oportebit ſubſiſtere prius, quàm ad ſententiam periodi, Epiſtolę, capitis peruentum ſit: & poſtea ex obrupto totũ caput, aut Epiſtolam, aut librum percurrere. Si primo congreſſu parum intelligatur: inde attentiore mentis acie bis, terue relegere: donec ſententia legẽtis cura excitetur. Si verò periodum, aut caput, aut materia quam ſtudioſus legit eſt confuſa, indigeſta & perturbato, ac impolito ordine conſtructa: illud pharmacum maximè fructuoſum; ſi per dialogum conſtruat, & perſonæ ſibi familiares loquãtur: penitus rem intelliget. Si carmen oratio eſt, libera & ſoluta conficiat: iſta enim ſalutaria ſunt. Si hiſtoria ad Epiſtolam redigat: Si Epiſtola ad dictum & factum. Si oratio ad maiora pro gymnaſmata, ſi maiora ad minora: vnuſquiſque enim ſua ſorte debet eſſe contentus.

De optimo genere interpretandi genere Typus libri tertij.

TRitum eſt prouerbium, & vetuſtiſsimis temporibus proclauatum: nõ omnibus contingit adire Corinthum: ita profecto, neque omnes ſciunt interpretari autores. Duplex ratio eſt arte tradita vna, & à natura: altera à natura ingenium acre eſt, quod, qui ſunt adepti fælices iudicantur ab omnibus; cui memoria reluctatur. Nam experientia

conſtat, qui memoria valent non ſunt ingenioſi, nec ingenioſi memoria valentes erũt: niſi hæc artificio comparetur. Paucis ergo ea interpretandi ratio quæ arte paratur, demonſtretur, ex grauiſsimorũ autorũ collecta & petita ſẽtẽtia. Sint ergo hęc, quę docẽtur paucula pręcepta nõ apernẽda fortaſsis, hęc puerilia illi, qui aut Virgiliũ inter poëtas, aut Ciceronẽ inter oratores, aut Cæſarẽ inter hiſtoricos interpretatur, ad hos tres reliquos autores reuocato: hi sũt principes. Neque omnia pręcepta in vna lectione ſeruãda: ſed meliora eligamus, & ad ꝓpoſitũ, & ſuũ finẽ deſtinatũ. Hacten⁹ nõnulla attingimus, hæc clariora videntur & ſumiora & lucidiora. Primo loco cõciliãdi sũt auditores, laudes eius, qui ad prælegendum ſumitur paucis explicentur: de optimis moribus autoris agatur; ſi Græcus, Romanus, qua lingua ſcripſerit, quæ monumenta poſteris reliquit. Deinde optimus magiſter ad quam Philoſophiæ partẽ ſpectet, & finitionem & eius partes, leuiter tangat: atque argumenti latinitatem ad comparandam copiam, aut ad aliud inſtitutum, & iucunditatem, & ad cęteras artes neceſsitatem oſtendat. Tertio vocẽ argumenti, & vſum explicet: nam ſi orator de diuerſis oratorum generibus, & characterem tripartitum enucleet, nempe floridum, temperatum, attenuatũ. Et veluti Terentium interpretaturus, aut comædiam Terentianam in primis de Terentij fortuna, de ingenio, de ſermonis elegantia paucis, quid ea vox ſignificet, quid vtilitatis, comædiarũ, lectio & vnde deriuatur, quot genera comædiarum, quæ ſint leges, quo differat à Tragedia, carminis genus ꝙ eſt. Deinde quã dilucidè poterit & breuitèr sũmã

expli

li,patria & vernacula lingua explicet:tũ voces vernaculæ ſint,& ipſæ emũctę, nec ruſticitatẽ:ſed vrbanitatẽ ſapiãt,ſintque lectiſsimè,& ſermo breuis & ligatus. Quarto gloſemmanta latina, ſiue Hiſpana det:ego verò maximè probo eorũ ſentẽtiã, qui latina ſupra Ciceronianã,aut Virgiliana apponũt: valẽt enim ad apparatũ,& ſermonis latini copiam amplificãdã.Et quinto repetat Grãmaticarũ, aut Rhetorũ more, illi de verbo ad verbũ, iſti ſẽtẽtiã trãsferunt.Denique periodum examinet:fere omnis duobus partibus ornatur,nẽpè propoſitione,& redditione, vna de pluribus.Propoſitio eſt à pũcto ad geminatũ punctum, redditio à geminato pũcto ad pũctũ, hoc per belle tenendũ eſt. Atque ſingula membra ſuis verbis enucleet, Etymologiam vocabulorũ Origenes deducat: & genera dicẽdi meliora eligat, ſi ꝙ dictũ,factumue egregium,politum genus orationis eruat, & ſemel atq; iterũ diſcipulis cõmendet, hic magiſter, nõ diſcipulos:ſed magiſtros graues ad extremũ & anni ſpatium obtinebit. Singula vocabula nomina & verba orationis partes flexibiles aut inflexibiles,& verbum ſi nouatum aliquod ſi barbarum, Gręcanicum, ſi quid obſcurius,hoc clarius dicat ſi deriuatio,& compoſitio ſcitu digna,Orthographia,quę figura,tropus, loci Rhetores,diligẽtèr admoneat.Tum loca ſimilia optimus interpres ex autoribus, ſi quid diuerſũ,ſi imitatũ,alluſũ, aut mutuò ſumptũ & trãſlatũ:vt pleraq; latinorũ à Gręcis ꝑfecta ne taceat.Poſtremò Poëtarũ fabulas aptè trahat ad mores tanquã exẽpla damonis,& Pitiæ ad amicitię cõmẽdationẽ: Tãtali fabulã ad auaritię deteſtationẽ ꝑferat.

QVi interpretaturus eſt Epiſtolam perſonas ſalutationis explanabit, aut à familia, à rebus præclarè geſtis, aut ab officio quo fungitur in vrbe, aut denique à perſona & ſapientia rerum, qua nobilitatur. Et mox Epiſtolę genus, aut erit de gratiarum actione, & commendatitiæ: & obiter ſin demonſtratiuo, an iudiciali cōperiatur. Deinceps diuidetur tota Epiſtola in exordium, narrationē, & perorationem: oculatiſsimè intueri, quæ ſunt aliæ partes, nempè confutatio, diuiſio: & ſtatum Epiſtolæ intueri. Exordij quot & quæ partes, & narrationis quæ argumenta & alia aliis honoratiora, quę candidiora. Peroratio conſpicua eſt. Et admonitos hic omnes eſſe volo de variis exordiē di generibus. In narratione intelligenda vnuſquiſque, & Rhetorica, & Dialectica, & Philoſophia debet eſſe cohoneſtatus. Poſt Grammaticum, aut Rhetoricum ſtylum ſeruet: ſi Grammaticus ordinem ſimplicius, & figuras raptim attingat: Etymologiā & vocabulorum ſignificationem ex inſtituto animaduertat: ſi Rhetoricus fuſius omnia exponat ad amuſsim.

Ad Comœdiam enucleandam.

SI quis peritus ſermonis latini auſus Terentium aut Plautū interpretari principes comicos hoc amplectatur iter, cuius fauore interpretationis ſecurus erit in primis de optimis moribus poë

tæ,

tæ, de monumentis, ad quam Philoſophiam Ethicam, Phyſicam vel Logicam ſpectet. Fabulam diuidat, & quid ſit, ſcænam actum, perſonas animaduertat, & actus propoſitum paucis pertingat. Fretus tamen in illis rebus, quas iam diximus, quum de optimo genere interpretandi ageremus.

Paradigma ad Poetam Virgilium enucleandum.

POëta Virgilius, Ouidius, Homerus, Horatius multos in ſe continēt meādros, caligine & nebula teguntur: Si humani conſilij ratio non eſt expedita, iſti poëtæ multos obcæcabunt. Ergo en tibi ratio expedita, quam annorum ſex interuallo eruimus quod conſumpſi Gerundæ in eo interpretando. Si libet in anni exordio de optimis moribus agat lector amicus, librum diuidat in hiſtorias, ſi prius ſcopum attingit & ſingula carmina complectatur. Sunt qui grauiter peccant in exponendo Virgilio, qui vna prelectione legunt decem aut viginti carmina, neſcio quo famine ducti poſſunt orationem propoſitam, aut ſtylum Rhetoricum aut fabulas, enarrare: hoc enim non eſt factitandum, niſi in anni extremo ad librum finiendum. Ergo interpretentur tria, quatuor ſex, vt plurimum verſus prius trāſitione vtaris illorum quatuor aut trium verſuum, poſt ſequatur ſenteutia quę fabulis eſt cō plicata tunc fabula, vel hiſtoria verbis propriis non longè petitis dicatur: nec ſtylo Rhetorico obliuiſcaris. Dicendum amplificatio eſt à circunſtantiis

vſurpata,eſt exornatio, mortem depingit, Aeneæ conſtantiam graphice declarat,Priami mortem deplorat. Non prętermittat Etymologiam, quæ eſt magiſter domeſticus,& pædagogus fidus. Ad autorem aliquem explanandum nil vtilius, famigeratius quã ex eodem autore alia ſimilia loca cõferre,aut ex aliis Poëtis Tibullo,Catullo,Propertio, Martiali, Sophocle, Euripide, Ouidio, Lucretio, Horatio, quorum maxima eſt caterua in ſermone latino & copia in Gręco.Quę diximus ritè teneant quàm diligentiſsimè.

In oratione Tulli Ciceronis exponendum conſilium.

QVemadmodum Epiſtola eſt orationis imago:ita planè in orationibus Ciceronianis par penitus eſt ſeruanda ratio interpretandi. In ſtatu ſemper debet eſſe Magiſtri propoſitum: nempè inde Archia Ciuem Romanum conſtituere. Aut artificium Rhetoricum enucleet, aut figuras,quæ lumina ſunt orationum : aut verò vocabulorum interualla, Etymologias & lectiſsimas voces, & dicẽdi genera polita:in quibꝰ omnibus totius interpretis cardo manebit:ſcio quãtũ frugalitatis reportabit.

Ad Hiſtoricum autorem interpretandum breuis admonitio.

IN Hiſtoricis non videtur eſſe maxima cura niſi ſi mauis ad propoſitũ hiſtoriis adferẽdis.Quod maximè iuuat illud eſt in primis multos legiſſe,vtpotè Iuliũ Cæſarẽ, Pliniũ, Liuiũ,Polybiũ, Florũ,Valeriũ maximũ,pleroſq; alios.Aliis verbis hiſtoriam narrare,ſed decoratis:& illud teneat ocula

culatiſsimè ſi hiſtorici ea narratio aut egreſsio cũ veritate conformabit. Si in eo vocabula ſordida ſunt. Ieiuna põderare, qua illuſtrẽ orationẽ faciũt animaduertere, & diſcipulos commonefacere.

In præceptiua Grammatica legenda ponderanda ratio rudis.

QVoniã cura potiſsima latini hominis vel adoleſcentis eſt in euoluendis autoribus: propterea de ea egimꝰ prius. Nec paucula hęc tuum animum obfuſcabunt in præceptionibus Grammaticis. Tota Grammatica eſt quadripartita, quamuis clament quidam Grammaticuli: eſt autem Orthographia, Proſodia, Etymologia, denique ſyntaxis. Hoc igitur ſit celebrè conſilium à pręceptione ad pręceptionem tranſitione vtaris, & indè propoſitũ regulę expones, & breuiſsimè, & verbis lectiſsimis docere illud, quod ad regulã faceſcit. Et curioſus magiſter ſcholia, aut breues expoſitiones, latinas duntaxat, diſcipulis tradat, quibus poterunt latinũ ſermonem exactiſsimè intelligere. Multos præterea autores euoluat illius argumenti: ſic profectò & ſibi, & diſcipulis ſupellectilem comparabit.

Quod debet eſſe Thema.

PLanè ſollicitus magiſter in Thematibus patriis dandis, qui exercere debet diſcipulos frequentiſsimè, aut præmiolis:: nam obiecta mouent, & alliciunt animos. Præmium vero ſit papyrus, penna, aut quoduis aliud, ſiue liber lectiſsimus dumtaxat ſit ſcopus. Et in patrio ſermone tribuẽdo debet eſſe curioſus, & cauendum eſt in primis

(quod fieri ſolet)aut ſenſu ſint inepto ,aut ſordido & inſulſo ſermone:ſed vrbanitate ſapiant,à ruſticitate Themata longè petita : ne de vinea , aut de piſciculis, de nebulonibus(materia eſt nimium tenuis) ſed venuſtam aliquam aut argutam habeant ſententiam,ſit hiſtoria,ſit de moribus,de laude vituperatione. In ornata & bella claſsi ſint Themata Epiſtolarũ commẽdatitiarum , aut quibus obiurgamus: quæ tamen ab ingenio puerili non longè abhorreant:interim aliud agentis,ſimul & aliquid diſcant & in grauioribus ſtudiis vſui fiant. Habeat igitur Thema , quod pueris proponatur, aut hiſtoriam memorabilem, aut egregium factũ, dictumue:eorum qui armis claruerunt.His igitur rudimentis iuuenis , & quiuis in prima imbutus ſchola ad altiores diſciplinas conuolabit.Plura de ratione ſtudij Mathæus Gribaldus , Eraſmus amicus meus, Baptiſta Guarinus, Diuus Hieronymus,vſus maiora largietur.

FINIS.

DE

DE GRATIA- ACTIONE, ET DE NOVO RECTORE ORATIO AB ANDREA TORREL- la equite generoſo, habita in Academia coram conſulibus Gerundenſi- bus Anno 1586.

QVanta ſingulari prudentia, & verborũ mageſtate, quantaque modeſtia verba fecerint, oratores inſignes & clari ſpectatores perceperunt, & vos togati:adeo vt,me ipſum longè antecellerent,& longo interuallo,qui non valeo vlla dicẽdi facundia,nec verborum vbertate flvo. Enimverò dico quod ſentio,nihil auribus meis poſſem adipiſci,nil magis honorificum, & gratioſum euenire mihi in hac prouincia tam gratificata,quæ viſa eſt proba ſemper & fructuoſa. Fuerunt enim verba grauiora quãque poſſunt in hac ineſſe,fuerunt grauiſsimæ, atque honeſtiſsimæ ſententiæ, fuerunt & pręcepta & documenta virorum proba

vitę:& hortandum cenſeo meos condiſcipulos, & huius Academiæ auditores ad gratiarum actionē, Patribus Patriæ referendam, ne arguemur de animi ingratitudine: & lætitia ſumus omnes colligati de nouo Gymnaſi archa, & ludimagiſtro. Quapropter hæc duo capita attingam, quibus ita enodatis diutius animos veſtros non ſtomachabor, neque ad mętorem prouocabo. Veſtra enim expectatio frequens eſt, ſatis magnum vigilantiæ veſtræ argumentum declarat: quia aduentus ad nos delatus humanus, gratioſus, amabilis, & officioſus fuit. Neſcio mihi adhuc perſuadere, quo dicendi genere, qua facundia, qua elegantia dignas gratiarum actiones referendas iudicem tanta eſt veſtrorum meritorum beneficiorum erga nos magnitudo. Quare primo referendæ ſunt Deo optimo maximo, & genitrici Virgini Mariæ, quæ in nos confert, fouet & amplificat noſtra literarum ſtudia, & munera ſummoperè largitur. Et vobis, Patres conſcripti quas gratiarum actiones conferam quas ob lectationes, mihi perſuadere nequiui: tamen infinitas & immortales gratias ago, agamque dum viuam, & ſpiritus hos reget artus. Non enim à natura nati ſumus ad iocū, ad curſum, neque ad nequitiam, aut malum: ſed ad virtutem aſpiramus. Teſtimonio Tullio eloquentiæ ſplendore, & ad quædā ſtudia maiora, & grauiora: Quid eſt igitur, niſi veſtra veſtigia manibus, pedibuſque ſequamur? Ad de hūc ludi magiſtro feramus immortales gratias, hac enimuerò vnū ſentio, laudo & probo: per pollucem, & caſtorem neminem fugit per neceſſariū eſſe huic reipublicæ fore factiorem, & nemo magis curioſuus, & hominem munitioribus, politio

ribu.

ribus ex politiſsima familia natus, ingenio ætatę præſtante, omni humano ſtudio non mediocritèr inſtitutũ & exercitatũ propoſitum iri. Eius enim Paſchaſij Toll tanta fama & nomen peruagatum, tanta gloria non apud nos ſolum: ſed & apud exteros populos: taceo initium, oratio finẽ & exitnm tacet. Denique celeberrimis doctoribus equitibus, vrbanis omnibus, & politis viris vno verbo, vnaque animi ſolertia immortales gratias propulſandas putaui. At vero plurimum timeo, ne dũ rei tam amplæ ſatisfacere intendo, tenui mea oratione detractum iri intelligam. Quocirca valete, & veſtrę amplitudini ccnſulite velim, oro & quæſo.

Dixi.

ORATIO ET LAVS GRAMMATICAE A LIteris profecta habita Gerundę à Narciſſo campo adoleſcente optimę ſpei coram conſulibus in Angeles anno. 1589.

EGregiè laudarunt illi Philoſophi(con ſcripti patres,ornata concio titulis cō decorata) qui ab animo commendationem acceperunt:tamen quia princi patum tenet, quum eo à cęteris animātibus rationis expertibus diſtinguatur & ſeparetur.Ita ego Grammaticam laudaturus,eam ſolum literarum vſu & antiquitate poſteritati hominum commendandam eſſe cenſui , quarum ratio quàm excellens ſit,quāque magnifica notio, mox ſum ex plicaturus.Intereſt de literis ipſis inſinuare & loqui,atque planum faciā , quis eas primus inuenit, quiſue in Italia latinum attulit. Equidem literas aduexit Euander Arcas,non Saturnus Iano regnante,vt rudes ſomniant, quas Tuſci habeant , ſeque glorioſos prædicant , Romanos ab ipſis mutuatas fuiſſe nugantur, & eas Noê, quem Ianum dicunt, ex Armenia duxiſſe. Quaſi verò poſt inundationē hic nulla alia re fuerit occupatus niſi vt ex Armenia in Tuſciam veniret ; perinde ac ſi Liuius , Ennius,

nius,Pacuuius Tuſcis literis ſcripſerint.Noë tempore nondum fuerint inuentę. Quare altius repetenda eſt oratio,& de Saturno & de Iano pauca dicenda:profanum enim eſt Noë Ianum dicere. Fortaſsè aliquibus oratio à principio longius vagari & diffluere videbitur ;ſed expedit,quis Saturnus, quis Ianus patefacere. Tuſci ipſuum Noë Ianum. Deucalionem. Vertumnum Phænicem appellatũ fabulantur:vxorem Veſtam fuiſſe & fabulantur cũ Noë vxor;vt Epiphanius libro primo Bartenos appellate ſit.Iapet Iapetum dicunt : quùm Iapetus: vt Ouidius primo metamorphoſeos Promethei pater, hæc& alia ita ſe habere blaterant.Hęc à fracmentis quibuſdam fabuloſis ſunt petita & vterentur à Annio homine Tuſco,quæ Beroſus, & Ioſephus tacuerunt.Nunc autem ad inſtitutum, & ad literas reuertendum eſt.Enimuerò literæ , quibus vtimur,latij ſũt,a quo latinę ſũt appellatę. Eas Saturnus homo ex Creta,ſiue ex Attica, vbi vt Tertulianus à quo tẽpore cõmoratus eſt : annis vndecim,& quinquaginta ante Priami cladẽ in latium afferẽs rudiores.Inde Euãder Arcas ſexaginta annis ante Illis excidiũ:Poſt Saturnũ verò annis nonaginta in latium aduexit regnante Fanno latini patre:ſed præſtat iam quod vos deſideratis , videre, quis primus inuenit pandã. Porro Mercurius vir qui Argum occidit, & apud Aegyptios literas primum inuenit: quam rem & maiores Hiſtorici , & quoque noſtrates id teſtatum reliqnerũt. Ab Aegyptiis Phænices acceperũt,à Phænicibus Beotij,

poſt Deucalionis innūdationē, quæ fuit poſt diluuiū Noë annis pl⁹ mille triginta quinq̄ literis charuiſſe ſcribit Plato. Herodot⁹ in Terpſychore, Phœnices ait qui cū Cadmo in Beotiā venerūt literas in Grçciā introduxerūt: ꝓgreſſu tēporis vna cū ſono modulū priſtinū immutarūt. Diodor⁹ ſicul⁹ li. 1. Mercuriū ipsū literas inueniſſe oſtēdit. Dioniſius Cadmū ait ex Phœnicia ad Græcos literas & characteres, quas Phænicias, & pelaſgas vocarūt literas. M. Tull. lib. 3. de natura Deorū Mercuriū Quintū repertorē vocat, Cæli⁹ verò dicit apud Syrios repertas vult. Quintilianus li. 1. Plinianā opinionē ſequitur, qui sēper fuiſſe literas exiſtimat. Tacit⁹ li. 11. hęc loquitur: primi per figuras animaliū quaſdā effingebāt vt monimēta memorię impreſſa declarant. Quidā Palamedē Troianis tēporibus Argiuū memorāt ſexdecim literarū formas, & ſimonidē cæteras reperiſſe, & deinde aliæ ab aliis curioſiſsimis additæ sūt. Et Iuſtinus martyr Moſaycis tēporib⁹ Græcas literas nōdū fuiſſe tenet: ſed Cadmus ex Phænicia attulit. Plato in Timæo poſteris inuētas, quas Solon ex ægypto Græciæ tradidit. Itē Arnobius ad gētes libr. 3. Mercuriū facit magna ex parte inuētorē. Tertulianus in libro de Corona militis hæc verba profert: Mercurius primus literas Grçcas enarrauit. Quas quidē ſecāt in vocales & cōſonātes: vocales, vt ait Macrobus inde ſomnio Scipionis ſeptē ſunt à natura: ſed latinitas & bonorū grāmaticorū autoritas quinq̄ tenere voluit, & eas modo longas, modo breues arte grāmatica pronūtiat. Alij verò literas Moysē hominū sēpiternæ laudi commendauit, quos prius Hębreis tradidit. Quidā literas Iob, & Enoch tēpore fuiſſe

auia

autumāt:hoc ꝓbat Iob,qui vitā ſuā in plūbi lami-
na,aut ſcilice ſcribendā fore dicit. Quare quo Mo
ſes ab exordio mūdi ad ſuā in quo memoriā ſcri-
pſit,& antea literarū monumēta tradita eſsēt.Cer
tè nō ab aliquo ſcriptore Moyſes:ſed afflatu Cæle
ſti iure optimo elaborauit. Philoſophi enim etſi
figurarū literarū inuētionē diuinum munus iſte a-
gnoſcebāt:quia tamē veri Dei, ac Moyſis notionē
nō habebāt aliquē in ſuorū Deorū,eas reperiſſe o-
pinabātur.In earū Serie Moyſes ipſe eā primā lo-
cauit, quā animal rationis cōpos animaliū omniū
præſtātius,cū naſcitur,exprimit,quæ eſt A.Taceo
multa , quæ ſi minutatim forēt dicēda de ſingulis
literarū inuentoribus: at verò cāpus & eloquētiæ
fines trāſiliret oratio. Atque de vſu qui præſtans
eſt pronuntiationē oſtēdere nō dedignatus Plato
in cratylo:d,& t, inquit cōpeſsione & lingua:ve-
luti Hærētis retractione efformatur:l,tenui ſpiri-
tu,g,appoſitū,l,leni,ac molli,m,imo gutture. Plu
ra Martianus capella ingenioſus gammaticus, qui
ſpatioſiſsime hoc argumētū peregit. & inter voca
les eſt planè admirāda ꝓnūtiationis cōfirmatio:A
in fūdo gutturis,E in medio,I in oſtio,o totum os
amplectitur: v foras & extra os mittitur & aerem
verberat.Hoc vnum reſtare videbatur in hoc eru-
ditorū Cętu,aperire,ſi fuit exploratꝰ inuētor,hoc
auderē fixo pede alloqui,nō habemus exploratū re
pertorē in humanis;ſed quiſquis fuit homo diligē
tiſsimus & curioſus fuit.Quāobrē videtis (patres
reipublicę cōſcripti) hoc munus arduū & laborio